



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

25. Parentes Monialium, vel Religiosorum præbentes illis magnam pecuniarum summam ad eorum, cui voluerint, beneplacitum disponendum, reservando tamen pro se dominium, quæritur, an dictæ Moniales, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

2. Sed licet hæc sententia sit probabilis, non minus probabilem contrariam existimo, & ideo tanquam probabilem me citato illam tenet Caramuel in *Reg. D. Bened. disp. 60. ref. 8. num. 836.* vbi sic ait: Non peccat contra paupertatem, qui infcio Abbate ab externis pecuniam accipit, & libros emittit, dummodo habeat eos in cubiculo expofitos, Idem à fortiori dicendum est si accipiat ipsos libros. Ita ille. Et ideo nouiffimè hanc sententiam tanquam probabilem etiam me citato admittit Machadus de *perf. Confess. tom. 2. lib. 5. p. 1. docum. 8. n. 4.*

RESOL. XXV.

Parentes Monialium, & Religiosorum præbentes illis magnam pecuniarum summam ad eorum, cui volunt beneplacitum disponendam; reseruando tamen pro se dominium, queritur, an dictæ Moniales, vel Religiosæ illas disponendo peccent contra paupertatem, & incidant in Bullam Clem. VIII? Ex p. 1. tr. 6. Ref. 10.

Sup. hoc in Ref. seq.

§. 1. **N**egatiuè sententiam amplectendam esse putat Soufa vbi sup. in explic. huius Bullæ, §. 2. n. 73. vbi ita ait: *La misma razon corre de lo, que se dice sea los Religiosos, para que lo puedan gastar en su utilidad, ò en la de quien ellos quisieren, reseruado siempre en si el verdadero dominio, expressamente ò tacitamente: porque entonces, el Religioso no es mas que mero ministro del verdadero Señor; y no da cosa que pertenga à la Religion.* Ita ille. Et idem etiam docuit infra in §. 4. n. 78.

2. Ex his habent Confessarij principium satis amplum ad tollendos scrupulos, & adhibenda multa remedia in casibus occurrentibus: nam, si Monialis, vel Religiosa de illis pecuniis, seu donis, non recipiat dominium; sed illud apud dantem consanguineum, seu amicum relinquat; tunc potest sine vilo scrupulo, de illis rebus disponere in personam Confessarij, vel alterius personæ: se haberet enim in hoc casu tanquam minister consanguinei, vel amici, cuius est illa pecunia. Sed hæc opinio, cum loquatur de vsu absoluto pecuniæ, videtur aliquibus, & mihi, nimis laxa, & contra perfectionem religiosæ paupertatis: si verò loquatur de vsu determinato ad eleemosynam, vide *Resol. * 29.*

* Quæ hic est infra Ref. 27.

RESOL. XXVI.

An si quis det Religioso pecuniam ad ipsius usum liberè, ut libuerit, disponendam, reseruans sibi dominium talis pecuniæ: an Religiosus illa vtendo votum paupertatis frangat?

Et quod de pecunia dicitur, potest intelligi, de quacumque re non consumptibili vnico actu.

Et quid de consumptibili vsu? Ex p. 7. tr. 1. 1. & Misc. 2. Refol. 18.

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. **N**egatiuè respondet Carmuel in *Regul. D. Benedicti, disput. 60. resol. 7. num. 883.* quia, secundum ipsum, vsus & dominium distinguuntur realiter, potest enim illud retineri, & hic alienari. Ergo Religiosus vtens tali pecunia non peccauit contra paupertatem. Confirmatur: Peccatum contra paupertatem est proprietas; & vbi hæc non relucet, hæc virtus conseruatur illæsa. Atqui in præsentis casu nulla datur proprietas, ergo nullum peccatum contra Paupertatis promissionem. Suppono quod Prælatus non iubeat contrarium: ideoque contra voluntatem Abbatis nihil potest recipi quoad vsum: vnde addo, accipientem rei vsus, & non proprietatem, contra Abbatis iussio-

nem, peccare contra Obedientiam non verò contra Paupertatem.

2. Dices, ex his colligi, Paupertatis votum benignius esse quam multi existimant; fateor, vntam de adhuc id benignius fieri posset: quia experientia docet crescentibus obligationibus, crescere culpas. Non sunt præcepta in causa, nihilominus sunt in occasione salutem remota; vnde ego nullum præceptum ponentem, tollerem quæ possem: vidi de ceteris in hac sententia, vntam nulli sequerentur contrariam: facilius feruere Deo possent.

3. Quod de pecunia dixi; potest intelligi de quacumque re non consumptibili vnico actu: quia de hoc ex meis principiis aliter deo philofophari. Dicitur ref. 12. in rebus vnico actu consumptibilibus Religiosus acquirere verum dominium; quia in iis non distinguitur vsus à dominio: ergo itando huic sententiæ, non poterit aliquis dare Religioso cibos ad vsus, & cetera sibi dominium; si enim dat vsus, non poterit dominium non dare; & in tali casu, si hos Religiosus acciperet sine licentia tacita vel expressa esset proprietarius, peccaretque mortaliter, aut venialiter secundum muneris ponderationem: de quo postea.

4. Addo te non tenei ex meis principiis philofophari, sique posse subscribere Bartholomæo Salomonio in 2. 2. tom. 1. q. 61. tr. de dominio quæst. 1. art. 2. concl. 1. corol. 3. Tertiano in 2. 2. tom. 2. disp. 31. num. 21. & Tannero in 2. 2. disp. 4. quæst. 1. d. 2. num. 21. ascendentes in rebus vnico actu consumptibilibus dominium distinguunt etiam ab vsu, & ideo non solum pecunia vnica, sed & vsus comestibilium poteris accipere sine licentia, quin pecces contra Paupertatem. Huc vique Carmuel.

5. Sed eius sententia mihi non placet, nam vt optimè obseruat Eminentissimus Lugo de *insu. & m. re. tom. 1. disp. 2. sect. 3. n. 50.* votum paupertatis religiose non solum obligat ex intentione vouentium ad caritatem dominij, vel iuris alicuius ciuilibis, sed etiam ad non habendum vsus facti harum rerum temporalium, nisi ex voluntate Prælati. Alioquin (vt bene notauit Thomas Sanchez *disc. lib. 7. cap. 19. n. 5.* & Azor ibi adductus) nunquam Religiosus peccaret contra votum paupertatis accipiendo aliquid ab externis, quia nunquam potest acquirere aliquid ius, sed solum vsus facti, cuius solius est capax; ergo ipse vsus facti potest esse materia sufficiens contra voti m. Ratio verò à priori est, quia votum obligat semper iuxta intentionem vouentis; illi autem, qui in Religione emittunt hoc votum, non solum intendunt abstinere à se omne ius, sed etiam imitari statum pauperum, ita vt careant iis rebus, quibus indigent ad vitam humanam, nec iis vtantur, nisi ex arbitrio Prælati. Ergo.

6. Nec valet dicere quod ex his sequeretur Religiosum inuitatum à sæculari ad prandium obique licentia sui Prælati peccare contra votum paupertatis; nam respondeo quod licet vsus facti etiam sit materia voti paupertatis, adhuc dubitari merito potest, an ille Religiosus peccet contra votum paupertatis in eo casu. Tunc enim non tam videtur habere vsus actum quam passiuum, hoc est, solum se habere quasi passiuè, vt in eius persona vtatur cibus, qui cum inuitatur. Et si instabis ergo posset etiam aliquis mittere Religioso illos cibos retinendo sibi dominium, & vsus iuris, & solum volendo quod Religiosus illos consummat nomine mittentis, tanquam si esset in eius prandio. Respondeo negando consequentiam, quia in eo casu, moraliter loquendo, Religiosus conseruetur vt illo cibo ex facultate domini. In primo verò casu moraliter loquendo, vtitur ipse dominus, qui adest, & eodem modo se habet ac si ipse consumeret per suas manus. Religiosus autem videtur se habere passiuè. Cum ergo hæc maximè pendeat ex morali æstimatione, & ex intentione